



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Passer, Pelicanus, Nycticorax.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54773)

probi. *Assument pennas ut aquila.* Is. 40. *Homines in caelum aspirantes.*

Milvus, Turtur, Ciconia, Hirundo.

Milvus in caelo cognovit tempus suum, turtur & hirundo, & ciconia custodierunt tempus adventus sui. *Populus autem meus non cognovit iudicium Domini.* Jerem. 8. *Sicut pullus hirundinis, sic clamabo, meditabor ut columba.* Is. 38. Turtures omnes noxias evitant occasiones, nec garrunt ut aliae aves, sed gemunt. Symbolum sunt devotarum Viduarum. *Eunt in montibus* [per hoc evitantes pericula] *quasi columba convallium omnes trepidi.* Ezech. 7. *Cautus, vigilans, sedatus, nec nimis loquax* in conversatione.

Passer, Pelicanus, Nycticorax.

Passer solitarius in tecto. Ps. 101. Designat hominem a terrenis abstractum divinae insistentem contemplationi. Idem adumbrat Pelicanus. Hinc David ibidem dicit: *Similis factus sum Pelicano solitudinis, factus sum sicut nycticorax in domicilio.* Ibid. *Passer invenit sibi domum, & turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos.* Ps. 83. Sic etiam Deus te non deseret.

Corvus.

Considerate corvos (quascunque alias volucres) quia non seminant neque metant, quibus